

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 6466

**Autre(s) référence(s)** : Bates 53

**Auteur(s)** : Lanfranc, Caen, Saint-Étienne (abbé)

**Bénéficiaire(s)** : Caen, Saint-Étienne (abbaye)

**Genre d'acte** : pancarte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1080-1083]

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Liste des acquisitions effectuées pour l'abbaye Saint-Étienne de Caen par les abbés Lanfranc, Guillaume [Bonne Âme] et Gilbert et souscrite par Guillaume [Ier], roi d'Angleterre.

## Tableau de la tradition

### Copies manuscrites

B. Caen, Archives départementales du Calvados, 1J41, f. 15-21.

### Éditions principales

a. Deville Étienne, *Notices sur quelques manuscrits normands conservés à la Bibliothèque Sainte-Geneviève* IV. Analyse d'un ancien cartulaire de Saint-Étienne de Caen, *Revue catholique de Normandie* n° 14, 1904-1905, p. 203-208.

b. Musset Lucien, *Les actes de Guillaume le Conquérant et de la reine Mathilde pour les abbayes caennaises*, Caen, Caron (MSAN ; 37), 1967, n° 14.

c. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 53, p. 249-257.

### Indications

Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, *Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100*, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 170.

## Dissertation critique

Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 252).

Texte établi d'après c

Emit Lanfranc(us) ab Hersenda et filiis eius Fulberto et coeteris duo iugera terræ non longe ab Olna fluvio, datis quinquaginta solidis, sub hac conditione ut liceat omni tempore ad reparandum alveum Ulduni terram proici supra terram quam ipsi habent iuxta utrunque fluvium. Testes : Gotscelin(us) coquus, Godefridus et Godefridus de Bracio. Emit Lanfrancus ab Herturo viginti solidis sedem molendini de Becco cum alveo suo et ripis utriusque partis quantum ad ius suum pertinebat. Testes : Godefrid(us) cocus, Gotscelinus et alii plures. Emit Lanfranc(us) a Waleranno sex iugera prati non longe ab Olna fluvio decem libris. Testes : Rannulfus, Goisfrid(us) et alii plures.

Hanc venditionem annuit et sua tradi[tione] firmavit Ioh(anne)s filius Ricardi fratris eius. In hac concessione annuit idem Ioh(anne)s donationem quam idem Walerann(us) fecit coenobio Sancti STEPHANI de terra quam antea tenebat Anschitillus in Alamannia. Testes : Godefrid(us) de Bracio, Godefrid(us) cocus, Ernulfus de Burgisbud. Emit LAN(francus) a Milone quicquid terræ alveus Ulduni habet ab eo loco quo exit de veteri alveo, quantum ad suum ius pertinebat cum utrisque ripis XII solidis. Testes : Rannulfus, Goisfrid(us). Emit Lanfranc(us) a Rodulfo, cui Cocherello agnomen est, duo iugera terræ L solidis, et in eadem terra concessit sibi domum liberam ab omnibus consuetudinibus quæ ad thelonearios pertinere solent. Testes : Rotsclen(us), Goisfrid(us), Rogeri(us) et alii plures. Commutavit LAN(francus) a Rodulfo Taillebosc octo iugera terræ quæ ipse habebat ante monasterium et ad mensuram tantundem dedit sibi in territorio Villariensi. Testes : Murdac, Warinus et alii plures. Emit LAN(francus) a Godefrido coco L solidis quinque iugera terræ quæ sita erant iuxta et inter culturas ecclesiæ. Testes : Goscelin(us), Godefridus, Rannulfus. Emit LAN(francus) a Mangiso XX libris terram quam habebat in territorio Villariensi. Testes : Rannulfus, Godefridus, Gotsclen(us) et alii plures. Emit LAN(francus) a Rannulfo et fratre eius Ricardo X solidis ortum quem tenebat Walteri(us) et mater eius. Testes : Goisfridus, Godefridus et alii plures. Vendidit Lanfranco Goisfridus pratarius duo iugera prati XX solidis, non longe a prato Ceusii. Testes : Rannulfus filius Ascelini et Turstin(us) Carron(us). Emit LAN(francus) a Golda et filio eius Rainaldo octo libris aream domus iuxta Uldunum fluvium sitam, cum pomerio et orto ad ipsam aream pertinentibus, et insuper concessit eis omnes consuetudines domus suæ quæ ad thelonearios pertinere solent. Testes : Herb(er)t(us), Gotsclen(us), Godefridus et alii plures. Vendidit Lanfranco Goisfridus presbiter centum solidis aream domus iuxta Uldunum fluvium sitam, cum pomerio et orto ad ipsam aream pertinentibus. Testes : Rodulfus filius Mariæ, Berengeri(us) presbiter. Vendidit Lanfranco Willemus de Corcella IIIor libris et decem solidis sex iugera prati, non longe a prato Ceusii. Testes : Rannulfus, Goisfridus, Willelm(us), Gotsclen(us), Rodulfus et alii plures. Vendidit Lanfranco XV solidis Durandus terram quam habebat infra maceriam cymiterii et monasterium, et terram quam habebat infra macerias orti. Testes : Turtin(us), Godefridus, Goscelin(us). Vendidit eidem XVI solidis Abinus aream domus suæ cum omnibus ad eam pertinentibus. Testes : Carbonellus, Turstinus, Goisfridus. Vendidit Lanfranco decem solidis Goisfridus partem orti sui a ripa alvei quæ est iuxta domum suam versus ortum monasterii. Testes : Turstin(us), Godefridus et alii plures. Emit LAN(francus) terram Rainaldi in territorio Villarii sitam novem libris. Testes : Rannulfus filius Oteri, Ebremerius, Gotsclen(us) et alii multi. Emit LAN(francus) a Rannulfo filio Ascelini IIIor iugera terræ unde lapides extrahuntur ad opus monasterii L solidis. Testes : Gotsclen(us), Godefridus et alius Godefridus. Vendidit Lanfranco Gisla uxor Willelmi Patrici et filius eius Willelm(us) XXX et VIII solidis quinque iugera terræ in territorio Cadomi. Testes : Rob(er)tus de Ceusio et Rodulfus filius eius et alii. Vendiderunt Lanfranco filii Milonis culturam inter duos Uldunos, Venuncii sitam, et hospitem unum in eodem territorio, acceptis ab eo XI libris. Testes : Rannulfus, Rodulfus filius Mariæ, Goisfridus et alii plures. Hanc venditionem postea annuit et firmavit Milo pater eorum. Testes qui et superiores. Vendidit Lanfranco Rannulfus filius Ascelini tria iugera terræ non longe a vinea æcclesiæ et unum iugerum in valle, acceptis ab eo XXXIIIbus solidis. Testes : Godefridus, Gotsclen(us), Turstinus carronus. Vendidit Lupus Lanfranco terram quam Bilieti et Walmereti habebat de beneficio comitis, cum parte æcclesiæ quæ ad eum pertinebat, acceptis ab eo XI libris. Testes : Durandus de Diua, Rannulfus, Gotsclen(us) et alii plures. Commutavit LAN(francus) Uuillmo presbitero duo iugera terræ pro sua terra, quæ duo iugera post mortem suam idem Uuillm(us) Sancto Stephano habenda reliquit.

Emit Willelmus abbas a Rob(er)to Marmione, concedentibus eiusdem uxore ac liberis, molendinum super Lisiam fluvium cum medietate unius iugeri terræ ubi domus molendinarii possit fieri, datis XXX libris, ea conditione ne liceat eiusdem Rob(er)ti molendinariis supradicti nostri molendini consuetudinarios subtrahere, eodem modo nec nostro licebit ipsius consuetudinarios auferre. Sponte vero advenientes, ut sunt Cadomenses et similes, ubi melius attrahentur maiorem molendi licentiam habebunt. Ut autem hæc venditio magis roboraretur, et eidem Rob(er)to minime ad ignominiam imputaretur, societatem nostram cum filio suo suscepit, molendinum dedit, et pro se ac posteros suos ab omni quandoque insurgente clamore defensare convenit. Testes : Godefrid(us) de Bracio, Arnulfus de Burgisbud, Tedso, Gotsclen(us) coquus et alii plures. Emit W(illelmus) centum solidis ab Herluino partem insulæ quam habebat iuxta idem molendinum supra fluvium Lisiam, concedente domino suo Rob(er)to Marmione. Emit W(illelmus) a Morello quadraginta quinque solidis reliquam eiusdem insulæ partem, similiter concedente domino suo Rob(er)to Marmione. Huius utriusque emptionis testes sunt : Godefridus de Bracio, Gotsclen(us) cocus et alii plures. Emit W(illelmus) ab Hunfredo mariscalco quadraginta quinque solidis duo iugera prati iuxta pratium quondam Uualeranni. Testes : Germundus, Goisfridus pratarius, Warinus. Emit W(illelmus) a Rogero Harundel unum iugerum prati et dimidium quadraginta solidis. Testes : Aluered(us) de Baiunvilla, Rob(er)tus

filius Mainardi, Goisfridus pratarius. Emit W(illelmus) terram Rodulfi Pilot in Badvento, iuxta terram Rodulfi filii Herfredi duodecim libris, concedente domino suo Hub(er)to de Ria, una cum filio suo Hunfredo. Testes : Durandus de Diua, Hugo frater eius et Ingulfus nepos eiusdem. Emit W(illelmus) novem libris a Sarlone de Curleio XII iugera terræ in eodem Curleio. Testes : Rannulfus filius Oteri, qui hoc mercatum fecit, Warnerius propositus. Emit W(illelmus) a Uualtero de Argenciis quinque virgas vineæ XIIIor libris in eisdem Argenciis. Testes : Willelm(us) Mazo, Goisfridus pratarius, Warin(us). Istius vineæ omnem consuetudinem quam in ea habebat Boselinus pro societate suscepta Sancto STEPHANO donavit. Emit Willelmus XI libris ab Hugone et fratre eius Berengario de Ingulvilla vineam quam habebant Argenciis iuxta prædicti Uualteri vineam. Testes : Sasfredus propositus, Rob(er)tus frater eius, Willelm(us) filius Tedbaldi. Emit W(illelmus) XIIIcim libris celarium Rotomagi super ripam Sequanæ situm ab Osmundo et nepote eius Hugone, ea conditione ut quamdiu Osmundus vixerit de rebus monasterii vestiatur et alatur. Testes : Rodulfus filius Morandi, Hugo de Sildevilla. Emit W(illelmus) XXXta libris ab Osmundo Aculeo, Ricardo et Rogerio alodium quod habebant in Calvo Monte supra Diuam. Testes : Rodulfus filius Anseredi, Goisfridus pratarius, Gotscelinus et alii plures. Huius terræ L iugera postea dedit Boselino in foedio, recepta ab eo pecunia quam pro ipsa terra dederat, ea conditione ut post obitum Anseredi presbiteri, avunculi ipsius Boselini, duæ partes decimæ eiusdem terræ Sancto STEPHANO semper reddantur. Si vero maris sevicia oportuerit burgum mutari, super præfatam terram licebit abbati transferre. Dedit etiam Boselinus Sancto STEPHANO pro societate suscepta omnem consuetudinem vineæ olim emptæ a Uualtero de Argenciis. Testes : Mathildis regina, Willelmus Caritas, Rodulfus filius Anseredi, Durandus de Diua et alii plures. Emit W(illelmus) ab Ernosto clerico de Billeio quicquid terræ habebat de foedio quondam Luponis in eodem Billeio LX solidis, addita insuper societate monasterii. Testes : Godefridus de Bracio, Arnulfus de Burgisbud, Gotscelin(us) cocus et alii plures. Emit W(illelmus) a Rannulfo filio Ascelini duobus optimis equis, IIII iugera prati et dimidium, unum ad Montem Acutum, alterum et dimidium iuxta pratum Taillebosc, duo iuxta pratum Waleranni. Emit ab eodem decem libris istius monetæ culturam quattuordecim iugerum, et sex iugera ultraque, ultra montem sitam. Item emit ab eodem XXX solidis tria iugera ultra Montem, septem quoque virgas terræ ad Crucem XV solidis. Item supra viam de Bitot IIII iugera centum solidis ; de vinea etiam Harduini duo iugera XV solidis ; item extra eandem vineam tria iugera XXX solidis, ad Spinetam quoque duo iugera XX solidis ; item ad Sanctum Germanum septem virgas XV solidis, ad caput quoque terræ Ansfridæ unum iugerum, et ad caput vallis alterum XL solidis ; item duo iugera quæ in vadio habuerat uxor Walteri Mucri XLV solidis ; item terram Nigelli cum orto quæ nunc intra ortum nostrum conclusa est LV solidis ; item ab eodem quattuor iugera terræ et dimidium iuxta viam Sancti Germani sita, centum solidis et VI ; item dimidium iugerum iuxta domum Willelmi filii Roscelini XX solidis ; item unam virgam terræ quam tenuerat Turstin(us) carron(us) XV solidis ; item unam virgam et dimidiam supra foveam Sarli XX solidis. Post hæc omnia accepit sepepredictus Rannulfus a Willelmo abbate, presente uxore sua et liberis C solidos, et concessit ac super altare Sancti STEPHANI donavit omnem terram sui iuris intra æcclesiam et circa, et quicquid ab eo æcclesia emerat in omnibus locis, ut non liceat vel ipsi vel alicui suo hæredi in rebus predictis aliquem quandoque clamorem facere. In hac concessione comprehensa est omnis terra quam habuerat preter domum propriam et duo iugera prati et unum iugerum terræ cum tribus virgis. Hæc quidem omnia ita diffinivit et firmavit coram altare Sancti STEPHANI et coram sepepredicto abbate cum magna parte conventus, presente uxore sua, ut dictum est, et presentibus liberis et concedentibus, atque super altare cum patre donantibus. Testes : Willelm(us) filius Tedbaldi, Gotscelin(us), Goisfridus, Warinus et alii plures. Emit W(illelmus) a Mainardo filio Durandi duo iugera terræ ultra Montem, unum quoque iugerum prati, iuxta ea quæ fuerunt Rannulfi filii Ascelini, LV solidis. Testes : Gotscelin(us), Warinus, Goisfridus. Emit W(illelmus) tres virgas terræ a Willelmo filio Tedbaldi inter duos Uldunes sitas iuxta nostrum ortum, XX solidis et uno equo. Emit W(illelmus) XV libris a Giraldo filio Brunæ in Alamannia XXX iugera terræ cum quinque virgis prati. Coeteram autem terram cum sua domo filiæ suæ reliquit, ea conditione ut si legaliter non vixerit vel absque hærede obierit, in dominium beati STEPHANI deveniat. Testes : Godefridus de Bracio, Rogerius et alii plures. Emit W(illelmus) a Godefrido filio Uuidmundi de Iz unum iugerum terræ XX solidis. Emit W(illelmus) tribus libris a Durando filio Fulcranni IIIIor iugera terræ et dimidium. Testes : Gotscelin(us), Warin(us), Goisfridus et alii plures. Accepit W(illelmus) a Godefrido Malsaveir IIII iugera terræ, tria pro relevamine, quartum pro anima eius. Recuperavit idem abbas duo iugera prati quondam Odonis de Carpichet de foedio præposituræ Ceusii. Item recuperavit duo iugera prati quondam Odonis Gobiani, de foedio terræ Vilerii. Item recuperavit alia duo iugera quæ tenuerat Goisfridus balistarius olim ex iure terræ Vilerii iuxta pratum Odonis Gobiani.

Commutavit W(illelmus) abbas ab Ansfrida uxore Rob(er)ti Doisnel unum iugerum terræ de tribus quæ erant infra viridarium Sancti STEPHANI, pro terra quæ erat ante portam eiusdem Ansfridæ, reliquorum vero duum iugerum dedit unum Sancto STEPHANO vir eiusdem uxoris Rob(er)tus et aliud filius eius Philipp(us) pro animabus suis. Testes : Gostcelin(us) cocus et filius eius Haimo, Warin(us), W(illelmus) filius Tedbaldi, Rannulfus filius Ascelini et alii plures. Accepit W(illelmus) super altare Sancti STEPHANI a Gausfrido mariscalco donationem terræ in qua monachi alveum Ulduni fecerant, et calumniam quam inde adversus monasterium habuerat omnino dimisit, et super eandem terram ad reparandum alveum ire et redire et terram proici omni tempore concessit, propter quod

rectitudinem de lignagio, quod Rannulfus filius Ascelini de eo tenere debuerat, iamdictus abbas ei consensit, ita ut Gausfrid(us) de abbate et Rannulfus de Gausfrido teneret. Testes : LAN(francus) archiepiscopus, Rob(er)tus Marmio, Durand(us) de Diva, Anschitillus de Alamannia. Commutavit W(illelmus) a Rodulfo filio Durandi domum suam, quæ occupata fuit ad officinas monasterii, pro alia domo in Crapoldaria, cum tali consuetudine qualem habuit in priori domo et decem libris. Testes : Gausfrid(us) mariscalcus, Godefrid(us) cocus, Gausfrid(us) pratarius.

Emit Gislebertus abbas a Wimare et filiis eius V virgas vineæ XVI libris. Testes : Anschitill(us) vinitor et filii eius, Beuragius et alii plures. Emit G(islebertus) a Buterico acram et dimidiam XX libris V solidis minus. Testes : Anschitill(us) vinitor et filii eius, Sasfrid(us) et alii plures. Emit idem a Lancelina et Frederico filio eius novem virgas XXX libris, de qua venditione Sasfrid(us) est fideiussor de omni calumnia. Testes qui supra, Rob(er)tus de Ros et alii plures. Emit idem a Malgero III virgas XII libris. Testes qui supra. Emit idem a Mahumet et Arturo III virgas et tertiam partem unius virgæ XIII libris et X solidis. Testes qui supra. Emit idem a Rannulfo clerico filio Serede III virgas XII libris et X solidis. Testes qui supra et Sasfrid(us). Emit idem a Gausfrido et Fulcone genere eius acram et dimidiam XXX libris. Testes qui supra et Sasfrid(us). Emit idem ab Ansgoto genero Planeti III virgas XV libris. Testes qui supra et Sasfrid(us). Emit idem a Radulfo filio Roberti V virgas XV libris. Testes qui supra et Sasfridus.

Has quippe emptiones fecerunt predicti abbates consensu et consilio meo, quas ego manu mea confirmo et auctoritate corrobore, presentibus et concedentibus tam filiis meis quam coeteris baronibus meis, quorum nomina hac subiecta in margine continentur : Willelm(us) rex, Mathildis regina, Willelm(us) archiepiscopus, Rob(er)t(us) comes filius regis, Willelm(us) comes filius regis, Henric(us) filius regis, Lanfrancus archiepiscopus, Odo Baiocensis episcopus, Gisleb(er)t(us) Luxoviensis episcopus, Gisleb(er)t(us) Ebroicensis episcopus, Rob(er)tus Sagiensis episcopus, Michael Abrincensis episcopus, Gausfrid(us) Constantiensis episcopus, Rogeri(us) comes de Monte gomerico, Rob(er)t(us) comes de Moretonio, Hugo comes, Rogeri(us) de Bello Monte, Rob(er)t(us) comes de Mellent, Willelm(us) de Bretuel, Hugo de Gorniac, Hugo de Monte forti, Walteri(us) Gifard(us), Henric(us) de Ferrariis, Willelm(us) comes Ebroicensis, Rob(er)t(us) de Belesme, Hugo de Grente maisnil, Willelm(us) Bertrann(us), Ingilrann(us) filius Ilb(er)ti, Rob(er)tus de Molbrai, Rob(er)tus Aucensis comes.